



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

fectionē inuentarii, & ideo si non fecit non uidetur esse in dolo, quia ista dispositio testatoris excusat a dolo, & que libet causa, etiam iniusta excusat a pœna. secundum Bar. glo. & Bal. in l. i. C. ubi de causa stat. Dec. consi. 418. glo.

REGULA CLXIX.

- 1** Qui non habet in bonis luat in corpore l. si ff. de in ius uoc. l. i. §. si. ff. de pœnis. & l. fin. C. de sep. uola. & l. si quis id quod §. in seruos. ff. de iurisd. omn. iudic. & l. quicumque §. quod si. C. de seru. fugit. & hæc regula est uera ubi quis conuenitur action. maleficii. & non ex debito ciuili. Ita Bal. & Cast. in d. l. si. ff. de in ius uoc. Roma. sing. 24. glo. in l. illicitas §. fin. de offi. præsid.
- 1** Amplia. istam regulam etiam si reus uellet cedere bonis. Alber. in rubrica. C. qui bon. ced. poss. circa fin. & in l. 196. Item quero an in pœnis in ij. parte statutorum, ubi tenet q̄ in pœnis obuientibus ex maleficio qui non habet in bonis luat in corpore & cessio bonorum sibi non opitulatur. secundum Io. Andr. in c. peccatum de reg. iur. in 6. & glo. c. non satis. 36. distin. in uerfi. & propter debitum quod nota.
- 1** Fallit 1. hæc regula & dic locum habere in pœnis descendentibus ex delicto, uel quasi, & non ex debito, uel ex contractu. Ita Bal. & Cast. in d. l. fin. ff. de in ius uoc. & in l. si §. si præfaram, col. 2. C. de iure deliber. nu. 3. uerfi. alii dicunt & uidetur satis rationale, q̄ not.
- 2** Fallit 2. si is cui multa, seu emenda est applicata uoluerit eum expectare usque quo fuerit effectus soluendo & interim debet remanere in carceribus. secundum Bal. in l. quod si minor §. si seruus. ff. de minor. ratio quoniam inuita parte aliud pro alio solui non potest, & ita tenet Franciscus purpur. in l. imperium nu. 334. ff. de iur. omni. iudi. & l. quicumque. C. de ser. fugit.
- 3** Fallit 3. hæc locum habere in uilibus & abiectis personis, quia in aliis personis, omnis minima pœna corporalis.

ralis, excedit quantuncunq̄ pœnam pecuniariam. l. in
feruorum. ff. de pœn. Par. de Puth. in tract. findic. in uersa
iudex qui in criminibus ubi omnis modica cohercio seu
castigatio in uilibus personis, pœna est: Saly. in l. et si se-
nerior col. 2. uers. opposi. 2. C. ex quibus causis infam.
irrogat.

4 Fallit etiam ubi extaret statutum, q̄ non soluendo con-
demnationem in termino mensium 6. debitor detineatur
in carceribus, hoc uidetur rationabile, quia statuta lo-
quentia simpliciter de damno soluendo intelliguntur se-
cundum iura communia. Anch. consi. 182. uidetur prima
nu. 6. & uide in hac materia. Felin. in c. ad deliberandam,
& Boe. deci. 49. nu. 9. & 10. & doct. in l. incredibile. C.
de pœnis. Marf.

REGULA CLXX.

Quilibet de ecclesia admittitur ad agendum pro iuri-
bus ecclesie sine mandato, data negligentia p̄lati.
Abb. & Felin. in c. olim de testib. col. 3. nu. 2. glo. ii. in uer-
bo quilibet: ut c. dilecti. de maior. & obed. & ibi Innoc. &
s. sui autem. in auct. de eccl. tit. & Bal. in l. nequicquam. §.
fin. ff. de offi. procons. & legat.

1 Amplia. 1. quando ille particularis agens, uel compa-
rens pro ecclesia sua promitteret de ratho, & negotium
contentiosum ageretur nomine ecclesie, quia rati habi-
tio retro trahitur & mandato æquiperatur. Ita doct. in c.
sicut tuis de symo. & ibi Felin. nu. 1. in glo. in uerb. conse-
feris. Bal. in l. penul. col. 5. C. de execut. rei iudic.

1 Fallit in clericis regularibus, quia unus solus mona-
chus non potest agere pro ecclesia sine mandato & licen-
tia habetis tex. est in c. ex parte de postu. p̄lat. Abb. &
Ant. in c. si quis presbyterorum, de reb. eccl. non alien. &
c. non liceat xii. q. 2. & doct. in l. i. C. si per uim, uel ali o
modo, ubi quando absens fuit spoliatus, quilibet potest
agere pro sua spoliatione sine mandato.

3 Fallit etiam quando monachus uellet agere pro abbate
sua